







Denckmahle der Ehren  
Und  
Zeugnisse der Liebe/

Welche  
Als  
Der Hoch-Edle/ Best und Hochgelahrte

M E R R

Johann Friederich  
Freiesleben/

Rath und Amtmann auch iho Vice Di-  
rector der Regierung zu Schönburg/

Sein Specimen in einer Disputatione Inaugurali  
rühmlichst ablegte und den 2. Novembris darauf von  
dem Hochlöbl. Ordine Jure-Consultorum


Auf der Friedrichs-Universität  
Die höchste Würde in denen Rechten erhielt/  
Mit herzlichem Wunsche beytragen

Nachbenennete Bönner und  
Freunde.

---

Hall/ gedruckt bey Salfeldischer Witwe.





**Q**Vem Doctorandum tot ab annis jure fatemur  
Doctorem ex meritis gratulor esse novum.  
Dat doctrina gradum, dedit experientia munus,  
Fertq; decus verum sic geminatus honos.

*Ita Domino Cognato suo, Consiliario Schön-  
burgico Nobilissimo, applaudit*

Godefridus Gvilielmus Leibnitius.

**I**Ngratas dudum terras Astræa reliquit  
Atq; hominum petiit non sine clade Polum.  
Falsum est, insipidi, terras Astræa revisit,  
Fas æqvumq; etenim sanctaq; jura vigent.  
Falsum est, nam sæpè hæc eadem sua templa frequentat  
Atq; parat genti munera larga suæ.  
Hic laurus viridans, divina hic Purpura ridet  
Victorum hic cingunt fulgida ferta caput.  
Fallor? an in tali numero TE, Fautor amande,  
Conspicio, atq; dari digna brabæa Tibi?  
Sic est, nam recinit Tua jam præconia fama  
Doctorumq; Tuum nomen ad alba refert.  
Macte hoc excelso, quo nunc mactaris, honore,  
Pergeq; suppressis debita jura dare.  
Sic, magis ac Astræa, Tuo molimine terram  
Linqves & fugies gloriâ ad astra Poli.

*Dudum meritis honoribus Viri Amplis-  
simi, Domini Affinis estimatissimi  
applaudens scribeb.*

Henricus Matthias de Broke SS. Theol. Doctor.  
Consiliar. Consist. & Eccles. Superint. Gene-  
ralis & Concion. aul. prim. Altenburg.

Jam,



**J**am, Domine Affinis! Sudoris præmia portas,  
Præmia, quæ nullo sunt peritura die.  
Namq; ELECTORIS FRIDERICI Academia Honores  
Et Titulos summos Jure in Utroq; dedit.  
Prosit Honor, succrescat Honor, det Commoda multa!  
Sis Schoenburgiaco Lausq; Decusq; solo!

*Ita Affini atq; amico suo certissimo  
gratulatur*

Stephanus Schumann, Consiliar.  
Stolbergensis.

---

**I**nvideant alii, meritò TIBI, FAUTOR, Honorem  
Gratulor, ex animo prospera cuncta vovens.

*Hæc paucula languidâ quidem manu,  
sincerò tamen pectore adponebat*

Johann - Caspar Harrbach, P.  
& Superint. Glauch.

---

**I**nvidiæ morsus liventis turpia cœpta  
Mens præclara DEI Trinuni nomine ridens  
Altius hocce suò sub pondere pressa resurgit;  
Id Tua felici monstrat conamine Fautor  
Nullis fatorum turbis perterrita Virtus,  
Dum Themidos cathedram scandens Insignibus inde  
Et rubrò caput atq; humeros ornaris amictu,  
Quem benè jamdudum meritum vix dignior unquam  
Induit. Applaudo Titulis, sint gloria Summi  
Justitiæ fulcrum, properans fraudumq; ruina!

Frans Wilka Murhard / Med. Doct.  
& Pract. Glauchav.

X 2

In



\*\*\*

**IN** solitum aviditatis genus :

Avidissimi pleriq; in appetendis,  
Tu avidior in declinandis honoribus.

Magis insolita invidia,  
Quæ invidet id, quod nec ipsa, invidissima licet, invideat.  
Sedet

Insolita maxime istius medela.

Cum detur, quod invidetur, ne invideatur.  
Scilicet

Ne modestia Tua Tibi porro nocumento foret,  
Livoris immodestiam modestè moderatura Themis

Isti invisum Doctorandi

In invidendum Doctoris immutavit honorem.

Musteam quam adoream

Faustam, felicem, fortunatumq; esse

Ex intimis cordis penetralibus apprecatur.

Germano Germanus.

Henricus Ludovicus Freiesleben,  
Redit. Provinc. Duc. Saxo  
Altenb. Secretarius.

---

**G**Rator, FREISLEBI, TIBI qui redduntur Honores,  
Hos meruit Virtus, hos Pietatis Amor.  
Grator, ut in laudem Divini Nominis illud  
Surgat, & ut Patriæ sis Decus atq; salus!

Fridericus Bernhardus Schlegelius,  
Archi-Diaconus Eccles. Glau-  
chenf.

Splen-



**S**plenduit à multis Annis FREISLEBIA Virtus;  
 Lumine Musarum luxit utriq; Polo.  
 Mecum miratur Legum, Jurisq; Colossum  
 Ob Dotes Animi Patria nostra simul.  
**Q**uem CONSUM adjunxit Penigæ, Glauchæq; DINASTÆ,  
 Cui sordent Rabulæ, Lingvaq; litis amans.  
 Nonnullos Juvenes fecit variâ Arte peritos,  
 Munera queis Doctis contulit Ipsa THEMIS.  
**Q**uamvis huncce Virum magni comitentur Honores,  
 Haud opus ut Pindi Limina adire foret.  
 Attamen huic lubuit Montes transire per altos  
 Pieridum, veluti Magnus APOLLO jubet.  
 Sarranò Eunomie superinduat aurea Coccò  
 sic FAUTOR Mitrà tempora dignadabis.  
 In clare-genitò TE fulget Agalma Parentis,  
 ut Nati recolant, faxit JOVA, precor!  
 Ulterius Themidos perdocta Volumina Tractes:  
 Consiliisq; Tuis Commoda multa feras!  
 In Cœptis NUMEN Vires TIBI suggerat usq;  
 FREISLEBIO Generi Vita, Salusq; fiet!

*Dn. Patrono, Compatri. Sui Suorumq; Evergetæ  
 colendissimo cum HALÆ Saxonum DOCTO-  
 RIS Gradum capesseret, ὀλοκαρδίως congratu-  
 lari voluit, debuit*

M. Johannes Francke, Diaconus Glauchens.

**Q**uod labor in studiis poscit, cum fœnore magno  
 FREISLEBI, DOCTOR JURIS in Arte tenes  
 Comprecor ex animo, DEUS huic benedicat Honori  
 Ut Patriæ nostræ commoda mille ferat!

Joachimus Gotthardus Murhardus,  
 Secretar. Schoenburg. Glauchav.

X 3

FREIS-



\*\*\*    \*\*\*    \*\*\*

**F**REISLEBI, Sacri VIR Consultissimi JURIS,  
 Cujus in Aonio splendida fama choro est!  
 Quæ, nos, Glauchensis Discentes atq; Docentes  
 Ludi, dicemus verba precesq; TIBI?  
 Namq; ELECTORIS FRIDERICI Academia, Jura  
 Summa, TIBI, & Titulos Jure in Utroq; dedit.  
 Sæpè Tuô tenus hâc Schola nostra favore refecta est.  
 Vixisti, relevans fata dolendæ Scholæ.  
 Sæpè acceperunt Ludi Glauchensis Alumni  
 Patroni Magni munera larga Sui:  
 Nam quoties Divi redierunt Festa Johannis,  
 Senferunt almam munificamq; manum.  
 BIBLIA sunt testis, pulcherrima BIBLIA, nuper  
 Munificè nostræ munere missa Scholæ.  
 Semper Honos, Nomenq; Tuum, Laudesq; manebunt,  
 Hæc dum cernentur BIBLIA Sancta Scholæ.  
 Pro Dono nondum licuit persolvere digna:  
 Quilibet æternus debitor ejus erit.  
 FILIOLI, PATRONE, Tui, nondum potuerunt,  
 Ætatem propter, visere Tecta Scholæ,  
 Doctrinâ & nostrâ sic qualicunq; fruisi,  
 Quæ Studiis Summis præparat ipsa viam,  
 Calcent Majorum vestigia clara Suorum,  
 Sectentur Genium PATRIS AVIq; Sui!  
 Quin ABAVI, Verbi Cœlestis amore ferentis  
 Milleviæ Casus, tædia mille viæ!  
 Brunopolis quærebat AVUM quondam ipsa vocandô  
 Orlâ, docturum Dogmata Sacra DEI.  
 In Gnatis Teneris revirescat Fama Parentum,  
 Delicium in Gnatis cernat Uterq; Parens,  
 Et Tua, PATRONI JURIS merita Infula dudum,  
 In laudem cedat NOMINIS ipsa DEI!  
 Cultus Divinus porro & Respublica crescat  
 Consiliô, meritis, officioq; Tuo!

Johannes Thomæ,  
 S. G. R.

Dff



Wsst wil man unsern Ruhm durch Mißgunst unterbrechen /  
Was wahre Tugend heist / der Neid nicht leiden kan ;  
Jedoch hat Zoilus hier weiter nichts zu sprechen /  
Als daß Er uns nur schmirrt den schwarzen Geiffer an.  
Drum kan Hoch-Edler Herr sein : ob auch niemand wehren /  
Was Sachsens Saal-Athen Ihm längst zu gedacht /  
Das überreicht Ihm heut ein andrer Ort mit Ehren /  
Er wird als Doctorand zum Doctor selbst gemacht.

Mit diesem Wenigen wolte glückwünschende  
seine dienstliche Schuldigkeit bezeugen /

M. Johann Christoph Zarrbach.

Accipe, quos meruit dudum solertia honores,  
Mente serenata lauta brabea cape.  
Accipe, non Astræa Tibi VIR MACNE negabit,  
Ipsa sed accelerat cingere laude caput.  
Viderat in Cathedra jamdudum Magnus Apollo  
TE doctè leges explicuisse sacras.  
Tunc pretio curæ vigilatorumq; laborum,  
Sanè Phæbo ipso Judice, dignus eras.  
Sed nunc majori plenum cum laude capessis  
DOCTORIS Titulum, quem dedit Alma Themis.  
Gens inimica fremat licet, accipe lætus honorem;  
Spernit is invidiam, quem DEUS ipse beat.  
Tecum dum DEUS est oberit nihil hostium acervus,  
Ipforum franget robur inerme Potens.  
Gratulor, hic semper vireat, nec fronde caducâ  
Carpatur Laurus, partus & iste decor.  
Vive, VIR EXCELLENS, longissima tempora vive,  
Semper & in palmæ cresce, vigesce modum.

Patrono suo & ad cineres usq; colendo Evergetæ  
eximo pectore gratulabundus hæc adjecit

Johannes Christophorus Posselt.  
SS. Theol. Stud.

Hic



**H**ic quæso, VENERANDE PARENS, blaudo aspice vultu,  
Ex animo læto quæ mea Musa canit,  
Nunc TIBI quæ digno Friderici Academia confert  
In decus æternum, præmia summa cano,  
Utq; fruaris eò sospes, quem nactus, honore,  
Æternum Numen supplice voce precor.  
TE DEUS incolumen seruet; quod triste, recedat;  
Nostramq; exhilarent prospera quæq; Domum.

*Sic Honoratissimo Parenti suo  
gratuali voluit*

Johannes Fridericus Freiesleben.

---

**H**err Vater / dieser Tag erfreuet mein Gemütthe/  
Daran er höchst-vergnügt im hohen Purpur prangt  
Und diesen schönen Ruhm durch Weisheit nur erlangt;  
Denn eine solche Frucht kömmt von dergleichen Blüthe.  
Ich weiß / Er liebet mich. Mein Herze liebt auch Ihn/  
Wie Kindes-Pflicht befiehlt. Drum wünsch ich auch daneben  
GOTT laß Ihn allezeit in der Vergnügung leben /  
So wird Er mich zur Kunst in Gottesfurcht erziehn.

Dieses sollte bey der rühmlichst erhaltenen  
Doctor-Würde seines Herrn Vaters  
aus höchster Freude glückwünschend  
beyfügen

Christian Heinrich Freiesleben.









